



CONGREGATIO DE CULTU DIVINO
ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM

Prot. N. 32/19


CREMONENSIS

Instante Excellentissimo Domino Antonio Napolioni, Episcopo Cremonensi, litteris die 30 mensis decembris 2018 datis, vigore facultatum huic Congregationi a Summo Pontifice FRANCISCO tributarum, perlibenter concedimus ut in Calendarium proprium eiusdem Diœcesis memoria ad libitum sancti Francisci Spinelli, presbyteri, die 6 mensis februarii, in posterum gradu memoriæ celebretur.

Quoad textus liturgicos in honorem eiusdem Sancti lingua italica exaratos, adhibeantur qui huic Decreto adnexi sunt et iam probati sunt ad usum Instituti Sororum ab Adoratione Sanctissimi Sacramenti (Prot. N. 358/18, decr. diei 21-IX-2018).

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex ædibus Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, die 28 mensis februarii 2019.



Robertus Card. Sarah

Robertus Card. Sarah
Præfectus

+ *Arturus Roche*

✠ Arturus Roche
Archiepiscopus a Secretis